





749

M
3
1630 6
6

DISPUTATIO POLITICA.
De
SOCIETATE
CONJUGALI.

QUAM

Assistente & auxiliante DEO conjugii autore
& conservatore.

Sub
PRÆSIDIO
Clarissimi Viri

1/2.

DN. M. MATTHÆI Grosseri

Liebstadio-Misnici, Ampliff. Facult. Philosoph.
Adjuncti dignissimi, Promotoris, Fautoris ac
Amici sui ætatem suspiciendi,

In Florentissimâ Wittebergenſum Academiâ

ad placidam συζήτησιν publicè

subijcit ac proponit

CHRISTOPHORUS THUMMISIUS

Lobaviâ Lufatus.

Ad diem ²⁹17. Aprilis horis à 7. matut. in auditoriâ majori.



WITTEBERGÆ,

Typis hæredum CHRISTIANI THAM.

Anno MDCCCXXX.

57



DISPUTATIO POLITICA
DE
SOCIETATE
CONIUGALI

ANNO

MDCCCLXXXIII

IN

Sub

PRÆSIDIO

CHRISTOPHORI

DOMINI MATTHEI GROSSI

LEONARDI ABBATIS ACADEMIAE PHILOSOPHICAE

UNIVERSITATIS ALMAE MATERIAE WITTEBERGENSIS

PROFESSORIS PRAEPOSITI

IN ACADEMIA PUBLICA

AD HONOREM

CHRISTOPHORI GROSSI

LEONARDI ABBATIS

UNIVERSITATIS ALMAE MATERIAE WITTEBERGENSIS



WITTEBERGA

Typis Christiani Thomae

MDCCCLXXXIII





Συὸ Θεῶ.



Um res (ut & veritas) semper sit maneatq;
eadem, non injuriâ QUÆRITUR: Quî fiat,
QUOD sæpenumero UNUM idemq; DI-
VERSIS IN DISCIPLINIS TRACTE-
TUR, v. g. quod anima jam *Physica*, jam

Pneumatica, jam *Theologica* considerationi subiaceat; quod de virtutibus ut & harum contrariis vitiis, de statibus vitæ humanæ & similibus aliis in Philoso-
phiâ, Theologiâ & Jurisprudentiâ agatur? Facilis autem est RESPONSIO; quod DIVERSITAS RE-
SPECTUS totius quæstionis nodum dissolvat; Unde Philosophus *rationem*, Theologus *revelationem*, Ju-
reconsultus *Legislationem* agnoscit pro cynosufâ, ad quam respicit in rebus propositis dijudicandis, ut sic intra limites, cancellosq; suos quilibet se contineat, & observet illud Aristotelicum: *Non licet de genere in genus transire. Hanc regulam & nos attendentes DE MATRIMONIO* vel conjugio hujusque causis exercitii gratiâ *POLITICAM DISQUISITIONEM INSTITUERE cogitamus. Cui conatui ô Trinune Deus, tuâ nunc adsis gratiâ, humillimè flagitamus. Esto itaq;*

Quomodo
hic de præ-
senti mate-
ria agitur.

Quæstio I.

An & cur SPONSALIA DISSOLVI possint?

Variæ rationes profferuntur pro AFFIRMATIVA sententiâ, cui & nos assentimur. Dicunt autem sponsalia dissolvi (1) *Infamiâ*, quâ ob flagitium aliquod altera persona afficitur, (2) *Animorum*

Affirmatio-
nis ratio.

1.

2.

A

Sponsi



3. Sponsi & Sponsæ *offensione irreconciliabili*. (3) *Adulterio*, quod profus sponsaliorum & conjugii solvit vinculum.
4. (4) *Vitio gravi corporis & animi*, quo usus conjugii abominandus vel etiam calamitosus redditur.
5. (5) *Affinitate*, ut vocant, *fornicariâ*.
6. (6) *Malitiosa & diuturna absentia*.
7. (7) *Mutilatione membri* alicujus superveniente, quâ Sponsa redditur *foeda & turpis*. Item, si sponsalia *inter impuberes*, aut *absq; parentum consensu*, aut *errore personæ*, aut *errore qualitatum personæ*, aut *per vim & metum*, aut *sub conditione tantum contracta fuerint*, quæ certè rescindi queunt, nisi *copula intercesserit*, vel *consensus voluntarius accesserit*, & *de eo certò constiterit*. Videatur Admod. Rever. & Excell. Dn. D. Jacob. Martini lib. I. cap. 3. Politicæ p. 40. & 41.

Cautela seu limitatio.

Quæstio II.

An CONSENSUS PARENTUM in liberorum matrimonio sit necessarius?

Causa distinguitur.

Status quæstionis. Qui probatur à conjugii efficiente.

Quæstio hæc plura suo inclusa habet ambitu, quæ eruenda & ὀρθῶ λόγῳ, quod dicitur, inspicienda veniunt. Confusio enim si ullibi maximè in disputationibus admittitur, omnis erroris mater saluberrima. *Distinctione* itaq; prius præmissâ statim ipsi rei manus applicemus. Cum autem in productione cujusvis Effecti, plures plerumq; soleant concurrere causæ, ubi tamen diversus causandi modus animadvertitur; maximè convenienter h. l. Efficiens in causam *remotam*, & *propinquam* dispescitur. Hinc aliqua lux nostræ exsurgit quæstioni. Quando enim quæritur, an consensus Parentum in liberorum matrimonio necessarius sit, & rationem causæ efficientis obtineat, tunc nobis pars arridet AFFIRMATIVA; HUNC enim CAUSAM licet non principalem, & summam, tamen PROPINQUAM AGNOSCIMUS, rationibus adducti sequentibus: Si enim *absq; consensu* legitimum conjugium non esse potest, ut vulgaris sententia habet, certè consensus contrahentium maximè erit necessarius. Si hoc; utiq; concludimus inde quoq; ad parentum consensum; cum ille tantâ affinitate, tamq; arcto nodo *cohereat*, ut *excludi nec debeat*, imò *nec possit*. Parentum enim esse in hoc negotio decernere vel *Ethnicorum erga paren-*

parentes honor cognovit. Imò paucis ut multa expediam, Legum di-
vinarum majestas, naturalis equitas, & humana autoritas consensum
parentum agnoscit necessarium, inde etiam fit, ut si strictè ad juris
respiciatur regulas, consensus contrahentium *in suis pa-* *Ab expe-*
entibus sus- *rientia.*
ceptus *dissolvi possit*: Non igitur facere possumus cum illis, qui non
tam de necessitate quàm honestate consensum parentum, requiri
asserunt. Exempla, quæ nobis hac in parte contraria objiciun- *Resp. ad ob-*
tur, nil minus probant, quod probare debent: Nihil enim præju- *jectionem.*
dicare possunt veritati in Scripturis propositæ & ab optimis quo-
vis tempore unicè observatæ; hinc eadem facilitate quâ, addu-
cuntur, à nobis rejiciuntur. Et ut taceamus hoc in loco rationes
ponderosissimas alias, huic negotio multum roboris ac lucis præ-
bentes, partim Theologorum ex *S. Scriptura* petitas, utpote à *man-* *A lege divi-*
dato Dei generali de parentibus honorandis, & *speciali* de Electione *na.*
conjugum à parentibus instituenda; partim *J. Ctorum* quæ ex le- *Humana.*
gibus *Imperialibus & Provincialibus* sunt desumptæ. Quibus adjun-
guntur continuo quasi vinculo copulata *exempla illustria & pia,*
Isaaci, Jacobi & Simsonis, hæcquæ digito saltem notata aliorum ube- *Ab exemplis*
riori tractationi relinquamus, saltem fundamenta ex sanæ ratio- *Sacris.*
nis lumine petita adducemus: *Naturale est principium parentes esse* *A ratione*
honorandos, quod si ubiq; maximè in negotio matrimonii contra- *sen lege*
hendi locum habebit: *Quem porro latet, liberos non esse suæ* *naturæ.*
sed parentum potestati adstrictos? Quod potestatis dominium cum
agnoscant, maximè debitus parentum honor perpetuò obser-
vandus, ob id voluntas & consensus eorum, debitâ cum reveren-
tiâ & filiali affectu est expetendus, nulloque modo clandestina
sponsalia approbanda. Præterea *lex naturæ* hunc requirit consen-
sum: siquidem *tot seculis continuata praxis & gentibus quoq; com-*
munis idem probat; Hinc Xenophontis de hac re mentem hisce
versiculis elegantissimis Latinus Poëta proponit:

Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est

Tertia pars matri data, pars data tertia patri.

Tertia sola tua est: noli pugnare duobus

Qui genero sua jura simul cum dote dederunt.

Ab exem-
plis profa-
nis.

Requirimus
& matris
consensum.

Probatur.

Responde-
tur ad ob-
jectionem.

I.

2.

Qualis con-
sensus re-
quiratur.

DEVS non
excluditur.

Et imprimis laude non vulgari cvehenda hinc venit prudentissima Achilli Agamemnoni data responsio, in qua recusat ducere uxorem nisi id fiat ex suasu & voluntate parentum; Hinc recte dixit: Si enim me servent Dii & domum perveniam, Peleus tunc mihi uxorem desponsabit ipse. MATRIS autem CONSENSUM hic NON EXCLUDIMUS, sed potius includimus, moti sequentibus rationibus: Quis enim non novit & matris humeros, si non gravioribus, non minoribus tamen ac patris tam in educatione quam partu molestus substratos esse? Quis itaque liberorum tanta impietate fasciatus, qui charissimæ matris consensum negligere vellet? *σοφῶν & amor matris erga liberos solet esse ferventissimus, intensissimus & ardentissimus, imò ipsi nature convenientissimus; quis itaque de matris consilio & suasu minimè fucato sed verè materno dubius haberet?* Adde commune jus patris & matris in liberos. Quod hic proferunt DE INTEGRITATE CONJUGII ABSQUE GENITORUM ASSENSU, facili negotio ex præcedentibus refellitur. Libertatem requirunt contrahentium scimus in contrahendo matrimonio, cum verò obedientia filiali non contradicat, sed subordinetur, minimè hic aliquid obstaculi exsculpi potest. Dicis, quid autem tum faciendum erit, SI PARENTES INTER SE DISSENTIANT vel alter illorum rem minus recte perpendat? R. Patris consensus præferendus est, cui erranti adsint proximi agnati suadendo; Ministri Ecclesiæ monendo, Magistratus decidendo, Judices ponderando. Hinc autem notandum nos (1) Consensum generalem & specialem non excludere, attamen INDIVIDUALEM optimum esse asserere. (2) DEUM ex causarum efficientium serie non exterminare, sed ut primam summam principalem ac remotam præsupponere, quod Theologi ex conjugii institutione, conservatione ut & aliis rationibus sufficienter probant, apud quos rationes illæ videantur; Operosiores itaque hinc esse nolumus, sed ad reliqua properamus.

Quæstio III.

Quanam sit CONJUGII MATERIA?

Hanc UNUM MAREM ET UNAM FOEMINAM esse debere, præter probationes sacras (quas, quia hujus loci propriè non sunt,

sunt, merito tacemus) ipsa dicitur ratio, ita ut soli lucem reddere *Causa.*
videatur, qui id ulterius probatum ire conetur. Notanter autem
dicimus, *Unam* foeminam, quo *omnis ad Polygamiam intercluditur*
aditus, ipsi scilicet *natura contrarius*, pro ut statim in quaestione se-
quenti pluribus ostendetur.

Quaestio IV.

An POLYGAMIA sit toleranda?

Hanc quaestionem priusquam ad ipsam incudem referamus, *Distinctio*
DISTINCTIONIS forcipem prius admovendum putamus, cum *polygamia.*
vox Polygamiae etiam illorum includatur numero, quae *πολλα-*
χως dicuntur. USURPATUR non raro DE ITERATO MA-
TRIMONIO, cum aliquis vel secunda vel tertia vota aggreditur.
Deinde quoque adhibetur, quando aliquis unam non contentus,
alias superinducit conjuges. De singulis pauca initium facien-
tes a priori hujus vocis acceptione, quae est quando aliquis plures,
successive tamen, ducit uxores; vel quando mortuo marito vel
uxore persona relicta ad secundas tertias vel quartas etiam tran-
sit nuptias, quae tamen conjunctio vel *cohabitatio* valde improprie
& *inconvenienter voce Polygamiae* exprimitur: praeter nomen enim
nihil ferè commune cum Polygamiâ proprie sic dictâ deprehen-
ditur. Hinc etiam NULLIBI INTERDICTAM ESSE edoce-
mur (1) *Testimonium Scripturae S.* quae non modò eam non prohibet,
sed potius personas dono continentiae non instructas ad nuptia-
rum repetitionem seriò *adhortatur.* (2) *Gravissimis S. Patriarcha-*
rum exemplis. (3) *Fine*, eundem enim finem, quem primae, sibi pro-
positum habent: sed in prolixiori & ex alto repetita probatione
desudare supervacaneum potius, quam necessarium esse judica-
mus. Nec quicquam nostrae assertionis splendorem nebulae quo-
rundam obfuscant. TERTULLIANUM ENIM quod attinet, SI *Resp. ad ob-*
SECUNDAS VEL REPETITAS PRO ILLEGITIMIS AGNO- *jection. ab*
SCIT, *nil veritati hac in parte derogare potest*, potius *humani aliquid* *autoritate*
passus erroreque; lapsus sua nos non obstringit auctoritate: *Videndum* *desumptam.*
enim non quam speciosè & quam multa sed potius *quam verè ali-*
quid dictum fuerit; Hinc ita argumentamur: Quicumque se contine-
re nequeunt, nubant. Atqui multi se continere nequeunt. Ergo.

A 3

Ratio-



Rationem ipse subjicit Paulus, dum melius esse nubere quam uri expressè & conceptis verbis dicit. Jam ad alterum quæstionis membrum manus admovemus, quod Polygamiam propriè dictam exhibet. Est autem hæc quando aliquis UNO TEMPORE PLURIBUS UXORIBUS COHABITAT. Hanc in N. T. planè interdictam, IMPROBANDAM & ex toto generis humani consortio exterminandam esse, optimi quiq; agnoverunt & suaserunt, firmissimis nempè adducti causis, quas brevi saltem brachio attingemus. (1) *Recte rationis*; Nam & *naturæ leges* miserè hoc ipso violentur: quia natura masculum uni femellæ sufficientem quasi suâ productione destinavit. (2) Polygamia *mandato divino dissolvitur*. (3) *Legibus etiam civilibus transfoditur*. (4) *Incommoda maxima & inevitabilia hinc succrescunt, quæ ipsam Polygamiam evellendam radicitus suadent, cum & animi & corporis vires enervet.*

De hac N.

Cause.

1.

2.

3.

4.

Resp. ad objection. ab autoritate s. exemplo Patriarcharum.

Quâ ratione autem ea PATRIARCHIS concessa fuerit, multi Theologorum potius ἐπέχειν, quàm propter Sacræ Scripturæ silentium certi aliquid statuere videntur: Inde ergo Polygamiam asserere est Petitionem principii committere.

Quæstio V.

An DIVERSÆ RELIGIONIS HOMINES matrimonii societatem inire possint?

Enumerantur cause.

I.

Negationis.

1.

2.

3.

4.

Hac de quæstione ALIQUI in affirmativâ, aliqui IN NEGATIVA sententiâ hærent. QUI negativam tuentur, RATIONES HAS PROFERUNT: (1) *Interdictum divinum* in V. T. de his nuptiis, unde passim in S. Scriptura habemus patrum de his nuptiis quærelas, si membra Dei gentibus & Idolis prostituantur & è fidelibus mulieribus costæ diaboli fiant. (2) *Scandalum & tam in fide quàm in vitâ periculum*. (3) *Benedictionis sacerdotalis studium*: Conjuges enim à sacerdotibus benedictionem accipere, & simul precari oportet, quod inter diversæ religionis cultores fieri non potest. Accedit & (4) quod inter tales personas *rixæ ac discordiæ* oriantur, & animorum distractio fiat: Nullus siquidem (ait Hieronymus) eorum est fidus adfectus, quorum diversa fides, vide Clariss.

NOBIS autem AFFIRMATIVA sententia defendenda AR-
 RIDET; Respondemus igitur ad jam citata argumenta, quod S. Scri-
 pturarum loca, quæ in negativam allegantur, partim prohibitionis
 causam habeant additam, quâ cessante cessat & ipsa prohibitio, par-
 tim etiam non omnem cum impiis conversationem sed tantum im-
 piam prohibeant. Et licet in matrimonio contrahendo ad veram religio-
 nem semper respici debeat, NEC FACILE CUM INFIDELI IN-
 EUNDUM SIT, tamen infidelitas matrimonium seu amorem
 conjugalem non solvit aut evacuat: Ponimus itaq; has sequen-
 tes probabiliore rationes: Quarum (1) desumitur ex definitione
 conjugii; Conjugium enim nihil est aliud, quàm conjunctio indi-
 vidua unius viri uniusq; foeminae, legitimè consentientium, mu-
 tui adjuvatorii causâ & ad procreandos educandosq; liberos insti-
 tuta. At hæc omnia locum habent etiam in hominibus fidei dis-
 paris &c. (2) Non est de essentia matrimonii, ut religio attendatur:
 hoc enim est juris naturalis omnibus communis. (3) Ipse Deus tales nu-
 ptias permittit, & certos ritus certasq; ceremonias his in casibus
 observandas præscribit Deut. 21. v. 11. (4) Quia infidelis sanctificatur
 per fidelem, adeo ut & sancti ex tali conjugio suscipiantur & pro-
 creentur liberi teste Apostolo, 1. Cor. 7. v. 14. (5) In sacris habemus
 exempla dispariū nuptiarū. David ducit Maacham filiam Tholmai
 Regis Gessur, 2. Sam. 3. v. 3. (6) Notam est Monica conjugium Ma-
 tris Augustini, cum viro Manichæo, quo cum conjunctissimè vixit,
 & quem ad fidem orthodoxam tandem perduxit.

Et quis non novit, quod hæc matrimonia ad hunc usq; diem
 tolerantur, quod certè non fieret, si essent per se & absolutè impia, illicita,
 & illegitima. Sed IS tamen TUTIUS FACIT (cum, hæc ma-
 trimonia valdè inquieta & cum multis periculis ac molestiis con-
 juncta esse, omnibus constet) QUI ÆQUALI & pari MATRI-
 MONII SOCIETATE GAUDET juxta illud Poëtæ:

Quæ cupis egregie nubere, nube pari.
 quod etiam in diversæ religionis casu observandum est. Hæc suf-
 ficiant & de hac quæstione; Plura videantur apud Meisn. Phil.
 Sobr.

Resp. ad has causas.

Status controversie cum addita Restrictione s. limitatione ponitur & una causa.

II. Affirmatio- nis.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.
- 5.
- 6.

Cautela hic obser- vanda re- petitur.



Sobr. part. 1. p. m. 525. & seqq. Henning. Arnif. de de jure connu-
biorum cap. 6. sect. 5. num. 40. & seqq.

Quæstio VI.

An & quibus de causis MATRIMONIUM DISSOLVI possit?

*Distinctio
divortii &
repudii.*

*Enumeran-
tur argu-
menta opi-
nionis.
PRIMÆ sc.
Respectu.*

Ultimo loco intricatam satis multisq; modis controversam
subnectimus quæstionem: An etiam consummatum matrimo-
nium dissolvi possit. Quam materiam non eo in lucem protra-
himus animo, ac si quorumvis de hac re litem nostram facere
velimus, sed quid nobis de hac re sententiæ sit, non tamen sine
gravissimorum autorum suffragiis, exponemus. Totus autem
actus duabus à non paucis nullâ discriminis adhibitâ notâ expri-
mitur vocibus, ita ut vel divortium vel repudium promiscuè di-
catur. Quæ quidem vocabula quamvis & in ipsâ Sacrà Scriptu-
râ unum idemq; exprimere videantur, ita tamen usus jam apud
plurimos obtinuit, ut repudium restringatur ad matrimonium
sponsaliis inceptum, nondum tamen consummatum; vel *repu-
dium fit inter Sponsam & Sponsam; Divortium autem fit inter maritum
& uxorem propter alterius conjugis culpam, atq; ita præsupponit
consummatum matrimonium. Tale divortium olim apud Roma-
nos, ut Historici referunt, adeò familiare fuit, ut potius levitate
quâdam luisse, quàm verè matrimonium contraxisse perpetuâq;
fidem fæmellis promississe videantur. Sic etiam apud Turcas etiam-
num Alcorani licentiâ quavis etiam levissima de causa initum
matrimonium dissolvitur; sed an jure id fiat meritò quæritur?
Breviter ut nos expediamus, dicimus DISSOLUTIONEM CON-
JUGII NON ESSE ABSOLUTE & simpliciter PROHIBITAM;
sed eam CERTO IN CASU posse admitti, ita tamen ne vagæ li-
bidinis sed *sufficiëntissimarum causarum suasu* suscipiatur. Quænam
autem divortii causæ sat firmæ & sufficiëntes sint censendæ, non
omnium eadem est sententia, sed mira hæc occurrit opinionum
discrepantia. QUIDAM magnum cumulum causarum conge-
runt & defendunt, ex quarum numero nonnullas addere lubet:
sunt*

sunt autem ipsis CAUSÆ speciales EX PARTE MARITI, si uxor *Mariti.*
 cum virus extraneis convivetur, aut cum iis lavetur, si nolente marito fo-
 rus domo emanaverit: si nolente seu prohibente viro ludus circensibus aut
 theatris interfuerit. EX PARTE UXORIS iterum habent specia- *Uxoris.*
 les causas. (1) Lenocinium, (2) Machinationes contra imperium. (3)
 Insidias vitæ uxoris structas (4) falsam accusationem uxoris de adulte-
 rio; quæ omnes tamen verè expirant, tum quia juris recepti auto-
 ritate non nituntur, tum quia cum S. Scriptura perfectâ credendo-
 rum & faciendorum normâ non conveniunt. ALII PROB- *SECUN-*
 BILIORES urgent causas, quales sunt (1) Nimia sævitia; cum ali- *DÆ.*
 quis omnem amorem humanitatemq; exuisse videtur. (2) Morbi
 incurabiles & contagiosi, lepra & paralytis &c. (3) Furor & inde
 nascentia pericula vitæ (4) Impotentia: Verum enim vero relictis il-
 lis: NOS vestigiis Scripturæ S. insistentes principalem & PRÆ- *TERTIÆ,*
 CIPUAM causam esse ADULTERIUM statuimus. Cui non in- *quæ verissi-*
 commodè adjungi potest MALITIOSA DESERTIO: quippe *ma senten-*
 cujus proportionem cum adulterio hac in re ipse Paulus 1. Cor. 7. *tia hinc ob-*
 v. 7. indicat. Sed pluribus de his in præsentiarum agere nostri *servata.*
 non est instituti.

COROLLARIA.

1. An societas conjugalis ineunda? A.
2. An sponsalia ante nuptias celebranda? A.
3. An sponsalia de præsentibus sint præferenda sponsalibus
de futuro? A.
4. An uxor obsequium præstare teneatur marito? A.
Ne tamen suscipiatur cum honestatis dispendio.
5. An uxor si non obsequatur, manibus statim sit tra-
ctanda? N. Alia enim haberi possunt media.
6. An conjugalis societas sit præstantior cœlibatu?
7. An sponsalia publica præferenda clandestinis? A.
8. An maritus jus vitæ & necis in uxorem habeat? N.
9. An in nuptiis Choreæ sint licitæ? D.
10. An virgo potius ducenda quam vidua? D.

B

weg-





Ως Φώνησις.

Ad

Præstantissimum & Literatissimum,

DN. CHRISTOPHORVM THVMMSIVM
Lobaviâ Lusatum Phil. ac SS. Th. studiosissimum,
amicum & Popularem suum singulariter
dilectum.

Dum studiis vitæ, THVMMSI, tempora tradis,
Sponte tibi PALLAS premia digna dabit.
Namq; tuis captis aspirat divus APOLLO
MUSÆ (noster amor) LUSATIDESQUE favent.
Tu modò perge tuos MECOENATES & AMICOS
Artibus ingenuis conciliare tibi.
Sic quoq; cingentur quondam tua tempora LAURO,
Quam labor & virtus cum pietate parant.

l. mq; f.

David Berringer Budesinâ Lufatus.



Diversis diversa placent; superare Gigantes
huic placet, aut Martis castra cruenta sequi.
Huic iterum menti est peregrinas visere terras,
huic etiam longo tempore adire salum.
Sed tibi Pieriis hortis decerpere flores,
THVMMSI, & facere hincserta decora placet.
Perge favente DEO, quo te pia Numina ducunt,
accipies studiis premia digna tuis.

contub. suo

unicè dilecto cecinit.

Franciscus Conradi S.S.

F I N I S.

ULB Halle
004 961 196

3



W177







DISPUTATIO POLITICA.
De
SOCIETATE
CONJUGALI.

QUAM
Assistente & auxiliante DEO conjugii autore
& conservatore.

Sub
PRÆSIDIO
Clarissimi Viri

DN. M. MATTHÆI Grossers/

Liebstadio-Misnici, Ampliff. Facult. Philosoph.
Adjuncti dignissimi, Promotoris, Fautoris ac
Amici sui atatem suspiciendi,

In Florentissimâ Wittebergensium Academia

ad placidam συζητησιν publicè

subijcit ac proponit

CHRISTOPHORUS THUMMISIUS

Lobaviâ Lufatus.

Ad diem ²⁹ 14. Aprilis horis à 7. matut. in auditori majori.



WITTEBERGÆ,

Typis hæredum CHRISTIANI THAM.

Anno MDCCXXX.